



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 64. Censura Facultatis Theologicæ Parisiensis contra quasdam propositiones ex Magistri Le Roux scriptis excerptas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Pariter Quesnellus, postquam in sua caussa Parisiis Præsulum Gallicanorum conventum celebrari compererat, die decima Decembris literas ad Cardinalem Rohanium dedit, in quibus Reflexionum libro errores horrendos imputari, suisque propositionibus sensum ab obvia terminorum significatione, & a sermonis contextu alienum attribui questus, vel per Theologos a partium studio alienos, vel per seipsum audiri, suasque explicationes discuti petiit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

§. LXIV.

Censura Facultatis Theologicæ Parisiensis contra quasdam Propositiones ex Magistri Le Roux scriptis excerptas.

Jam die decima quarta Januarii Rhemensis Facultas ex Magistri Le Roux scriptis quasdam circa attritionem Propositiones decerpserat, & Censuris notaverat: Eapropter Ravechetus Parisiensis Facultatis Syndicus, ut suam in hunc Magistrum vindictam exereret, ea ex caussa Facultatem certiolem reddidit, ut simul Rhemensi Archiepiscopo acriorem inferret molestiam: Die igitur decima sexta Julii S. Facultas sequens edidit decretum, die vigesima

*Argentre
Coll. Jud.
t. 3. p. 169.
Vid. supra
pag. 200.*

Sæc. XVIII. tertia ejusdem Mensis ab eadem con-
 A. C. 1716. firmatum. „Mirum & Christianis ma-
 „xime dolendum, quod primum maxi-
 „mumque de Deo diligendo mandatum
 „hisce temporibus fuerit a nonnullis
 „Theologis impetum. Extitere qui-
 „dam, qui præcepto amandi Dei duo-
 „bus tantum vitæ temporibus aut raro
 „admodum homines astringi dixerint.
 „ali loco amoris illius vel solam ex-
 „teriore præceptorum observantiam,
 „vel merum timorem servilem induxe-
 „runt: multi ad remissionem peccato-
 „rum in Sacramento pœnitentiæ obti-
 „nendam timorem solum pœnarum,
 „sive naturalem sive supernaturalem
 „sufficientem esse asseruerint, licet a-
 „moris Dei expertem. Imo sunt, qui
 „eo temeritatis processerint, ut Chri-
 „stianorum conditionem, si amandi Dei
 „necessitas ipsis incumbat, judaico iugo
 „magis onerosam fore affirmarint. Qui-
 „bus omnibus obstant Dei præcepta,
 „quæ tum in sacris literis, tum etiam
 „in perpetua Ecclesiæ traditione con-
 „tinentur. „

„Inter illos recentiores Theologos,
 „qui circa id lapsi sunt, fuit unus e no-
 „stris, quod dolemus, M. LeRoux Ca-
 „thedræ Furnerianæ in Sacra Facultate
 „Rhemensis Theologiæ Professor, qui
 „in tractatu de pœnitentia, quem disci-
 „pulis

„pulis & voce & scripto tradidit, multa Sæc. XVIII.
 „protulit adversus sanam ea de re do- A. C. 1716.
 „ctrinam. Quod cum animadvertif-
 „sent Theologi Rhemenses, pro suo in
 „tuenda veritate, & præscribendis no-
 „vitatibus studio, veriti, ne hæc ea
 „dogmata in universitate Rhemensi ser-
 „perent, ex ejus codicibus novem Pro-
 „positiones excerpserunt & Censura no-
 „taverunt die 14. Januarii Anni 1716.
 „tacito tamen ob reverentiam nostræ
 „Facultatis Magistri Parisiensis nomine.
 „Nihilominus, cum ex fama publica &
 „literis a Syndico Facultatis Rhemen-
 „sis ad se scriptis, necnon ex exempla-
 „ribus hujus censuræ, comperisset
 „S. M. N. Ravechetus dignissimus Do-
 „minus Syndicus, Magistri Le Roux
 „Propositiones fuisse notis confixas &
 „Theologis Rhemensibus, officii sui esse
 „duxit, Sacram Facultatem Parisiensem
 „hujus rei admonere in comitiis die
 „1. Februarii hujus anni habitis, quod
 „quidem negotium ad decimam ejus-
 „dem Mensis diem dilatum est, in qua,
 „in comitiis extra ordinariis ob hanc
 „rem indictis proponente S. D. M. Chau-
 „diere Prodecano comitiorum præside
 „& requirente D. Syndico, nominati
 „sunt deputati, qui ea de re inquire-
 „rent, & ad Facultatem referrent. In-
 „terim M. Oudinet dignissimus Syndi-
 „cus

Sæc. XVIII. „cus Sacræ Facultatis Theologiæ Rhe-
A. C. 1716. „mensis misit ad Dominum Syndicum
 „codices dictatos a Magistro Le Roux,
 „qui comparuit in comitiis sacræ Fa-
 „cultatis die 2. Martii habitis, in quibus
 „tum voce tum scripto, quod de-
 „posuit ad Mensam Actuarii, exposuit
 „suam mentem circa Propositiones
 „Facultate Rhemenſi damnatas, & in
 „medium protulit exemplar suorum
 „codicum manu sua subſignatum, ac
 „palam profeſſus eſt, ſe Facultati Theo-
 „logiæ Pariſienſi matri ſuæ in omnibus
 „obſecuturum. Adiit deinceps ille
 „nonnullos e deputatis, & per ipſos non
 „ſtetit, quominus audiretur in eorum
 „comitiis: at Pariſiis cito diſceſſit, ne
 „negotio ejus nondum per ipſos diſcuſſo.
 „Interim deputati pluries convenere,
 „magna cum diligentia codices Ma-
 „gistri Le Roux luſtrarunt & præter
 „Propoſitiones a Facultate Rhemenſi
 „damnatas plures alias deprehende-
 „runt animadverſione dignas. Quare
 „re D. Syndicus certiorum fecit Ma-
 „gistrum Le Roux ac die 2. Aprilis requi-
 „ſivit a Facultate, ut poteſtas fieret de-
 „putatis examinandi & referendi ſen-
 „tentiam ſuam ad Facultatem de novis
 „Propoſitionibus, quas deprehenderant.
 „Id placuit Facultati, & juxta ejuſdem
 „Decretum die 2. Maij ſententia de-
 „tato

„tatorum relata in comitiis genera- Sæc. XVIII.
 „libus. „ A. C. 1716.

„Inde prælo mandatus est Proposi-
 „tionum excerptarum e codicibus Ma-
 „gistri Le Roux indiculus cum notis.
 „Monitus præterea est per literas a Do-
 „mino Syndico Magister Le Roux, ut
 „non tantum, quæ scripserat ad defen-
 „dendas Propositiones a Facultate Rhe-
 „meni damnatas mitteret ad Faculta-
 „tem, verum etiam ut si quid haberet
 „ad alias tuendas, id facultati notum
 „faceret: quod cum non præstitisset
 „Magister Le Roux, relatio sententiæ
 „Deputatorum absoluta est a Sap. M.N.
 „Hydeux die 3. Junii. Interea Ma-
 „gister Le Roux a Syndico per literas
 „admonitus scripsit ad eum plures Epi-
 „stolas, ex quibus, & ex omni ejus a-
 „gendi ratione liquido constitit, eum
 „moras neçtere: novissime vero Epi-
 „stola data die 21. Julii significavit, se
 „non ante finem Septembris Parisios
 „esse venturum, ubi nonnisi per paucos
 „dies immoraturus esset. „

„Cum vero non de ipsius persona
 „tum ageretur, sed de Propositionibus
 „contentis in codicibus, quos agnove-
 „rat pro suis, Sacra Facultas re in de-
 „liberationem missa a venerando Pro-
 „decano comitiorum præside, requi-
 „rente D. Syndico, postquam in duode-
 „cim

Sæc. XVIII. „cim Congregationibus de hoc negotio
 A. C. 1716. „actum est, in quibus sententiam dix-
 „runt Magistri 131. juxta suffragia 127.
 „quatuor aliis in varias partes abeunti-
 „bus, nemine Propositiones defendente,
 „approbavit in comitiis habitis die 16.
 „Julii Censuram a Deputatis factam
 „in Propositiones Magistri Le Roux,
 „cum nonnullorum Doctorum observa-
 „tionibus, statuitque, ut iidem Deputati
 „hanc adornarent cum declaratione
 „Doctrinæ suæ adversa propositionibus
 „Censura confixis, necnon censura
 „præfationem præmitterent, quæ cen-
 „sura confirmata est die 23. ejusdem
 „Mensis & lecta simul cum declaratio-
 „ne, ac demum præfatio lecta & ap-
 „probata est in comitiis generalibus die
 „prima Septembris 1716.

His præmissis proferebantur Cen-
 suræ & declarationis tenor.

I. In id præcipue probandum in-
 cumbamus, ut secundum omnium sæ-
 culorum Traditionem, a solo timore
 vera sit poenitentia, per timorem vo-
 luntas a creaturis vere avertatur, con-
 vertatur ad Deum, denique ab ipso ti-
 more vera sit justitia, ut est a chæ-
 ritate.

Censura. *Hæc Propositio falsa est,
 scandalosa, temeraria, erronea, & qua-
 tenus ultimis verbis enuntiat parem esse
 virtuti.*

virtutem timoris & charitatis ad iustitiam Sæc. XVIII.
obtinendam, hæretica. A. C. 1716.

II. Cum vero hanc susceperimus controversiam, ea mente præcipue, ut charitatis cujusdam remissæ, sed prædominantis necessitatem e medio tolleremus; sufficit nobis advertere, nullum fere Theologum, usque ad Jansenii Iprensæ ætatem, ejusmodi charitatis necessitatem propugnasse, ex quo erit invictum argumentum adversus opinionem, quam impugnamus, novitatis scilicet.

Censura. Hæc Propositio quantum ad primam partem temeraria, scandalosa, Christianarum aurium offensiva: quantum ad secundam est falsa, sanctis Patribus & antiquis Theologis injuriosa, & auctoris ea in re inscitiam prodit.

III. Igitur, cum prædicta doctrina, (quod scilicet timor non excludat affectum peccati) damnata sit, contradictoria doctrina censeretur vera debet; quod nimirum timor poenarum æternarum ipsum peccandi affectum excludat, adeoque & ipsa contritio ex eo concepta.

Censura. Hæc Propositio falsa est erronea, Doctrinæ Concilii Tridentini contraria.

IV. Christus hominum saluti, faciliore ratione non consulisset, si necessaria-

Sæc. XVIII. A. C. 1716. cessaria esset charitas prædominans, in sacramento: nobis impositum fuisse jugum (amoris prædominantis) quod Judæis necessarium erat, simul & aliud maxime onerosum, quo liberi erant, nempe confessio,

Censura. Hæ Propositiones sunt falsæ, scandalosæ, piarum aurium offensivæ, erroneæ, spiritui legis novæ, & passioni Christi contumeliosæ.

V. Nunquam a Theologis dictum aut scriptum fuit, charitatem Dei super omnia, esse inchoatam, hanc distinctionem (charitatis perfectæ & imperfectæ) nulli ex antiquis Theologis tradidere.

Censura. Hæ Propositiones falsæ sunt, temerariæ, sanctis Patribus & Theologis atque Doctrinæ Concilii Tridentini adversæ.

VI. Si dolor attritionis motivo conceptus non esset vera pœnitentia, eo non esset usus duntaxat Deus, ut impios ad conversionem adduceret: alia quoque motiva proposuisset, cum juxta adversarios sint necessaria: atque tamen &c. profecto noverat Deus, cum ab impiis conversionem exigeret, necessariam esse affectus peccandi depositionem, tamen illius conversionis motiva non proposuit nisi motiva attritionis . . . nec est, quod immoremur in

ea Calumnia refellenda, qua nostram Sæc. XVIII.
sententiam relaxationis accusant. An A. C. 1716.
relaxationis ipse Deus accusandus e-
rit, qui solius attritionis motivis per
Prophetas & Apostolos ad pœnitentiam
adhortatur.

*Censura. Hæ Propositiones falsæ sunt
temerariæ, scandalosæ, erroneæ, verbo
Dei contrariæ, impiæ & hæreticæ.*

VII. Eamdem sententiam, scilicet
attritionem ex solo pœnarum timore
conceptam sufficere ad obtinendam in
sacramento pœnitentiæ justificationem
tradit Catechismus trium Episcoporum.

*Censura. Hæc Propositio falsa est, te-
meraria, injuriosa tribus Episcopis, & aliis
qui suum fecere hunc Catechismum, in quo
contraria doctrina aperte & diserte con-
tinetur.*

VIII. Dummodo tuta sit in praxi
sententia, non tenemur tutiorem sequi,
dubium non est attritionem sufficere;
quod evidenter probavimus.

*Censura. Hæc Propositio, ea in par-
te, in qua auctor affirmat, dubium non esse,
quin attritio amoris Dei expers, sufficiat
in sacramento pœnitentiæ, & hanc opinio-
nem tutam esse in praxi, est falsa, perni-
ciosa, temeraria & doctrinæ Concilii Tri-
dentini adversa.*

IX. Loquens de pœnitentia Davi-
dis, quam veram fuisse insiciari nemo
pot-

Sæc. XVIII potest; ibi, inquit, nulla mentio charitatis, A C. 1716. ritatis, cujus motivo ad compunctionem cordis excitatus fuerit David... ad objecta sibi omnia veteris testamenti loca, quibus Deus a Judæis exigit conversionem ex toto corde, novum cor, spiritum novum, respondet, sermonem non esse de amore charitatis etiam remissæ, imo inquit, si textus objectos perpendamus, facile agnoscetur illam conversionem ex toto corde niti non charitatis motivo, de quo nulla ibi mentio, sed motivis puræ attritionis... locus Deuteronomii attritioni aperte favet, vides ibi motiva charitatis non proponi ad conversionem ex toto corde, sed sola attritionis motiva, timorem nempe iræ divinæ.

Censura. Hæ Propositiones quatenus absolute enuntiant, Deum ad justificationem Judæorum nihil aliud quam attritionem exegisse, falsæ sunt temerariæ, erroneæ, verbo Dei contrariæ.

X. Ex his constat timorem pœnarum æternarum qui attritionis motivum est, esse initium & coronam sapientiæ.

Censura. Hæc Propositio est falsa, erronea & Verbi Divini sensum pervertit.

XI. Ad effectum sacramenti pœnitentiæ comparandum contritio fictitia, sed a pœnitente invincibiliter putata ut

ut vera sufficit. Hinc novitatis arguitur illa ejusdem auctoris (Juenini) sententia, qua contendit contritionem fictitiam, quæ invincibiliter putatur vera, non sufficere ad effectum sacramenti percipiendum.

Sæc. XVIII.
A. C. 1716.

Censura. Hæc Propositio falsa est, fidelibus perniciosa, & in quantum peccatori veniam absque vera conversione cordis pollicetur, hæretica.

XII. Per præceptum dilectionis tenetur homo in quibusdam circumstantiis actum dilectionis Dei elicere, & illæ circumstantiæ sunt primus rationis usus, & mortis imminens periculum.

Censura. Hæc Propositio, qua restringitur obligatio eliciendi actum dilectionis Dei ad duas vitæ circumstantias, est scandalosa, perniciosa, erronea, & præcepto amoris Dei contraria.

XIII. Instat Jueninus, sequi ex ejusmodi argumento hominem qui quadraginta annis in pietate peractis sacramentalem absolutionem attritus tantum reciperet, & subito mortali morbo correptus amitteret rationis usum, salvari, quamvis nusquam, ne in ipso vitæ quidem exitu, Deum dilexerit; justificatus enim ille est ex nostra sententia, adeoque jus habet ad felicitatem æternam.

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

Id quidem ultro fatemur ... nullum est prorsus inconueniens ut salvetur, quia non tenetur præcepto dilectionis formalis & explicitæ, nisi cum ei facultas adest illud observandi: Facultas non adesse supponitur, ergo ei vitio verti non potest, quod actum dilectionis non elicuerit, alias Deus iuberet impossibilia.

Censura. Hæc Propositio est scandalosa, Christianarum aurium offensiva, erronea & præcepto Dei Dilectionis contraria.

XIV. In eo errant adversarii, quod supponant, quasi evidens esset agi de justificatione interna Ninivitarum, agitur dumtaxat de ipsorum cum Deo reconciliatione quantum ad temporalia.

Censura. Hæc Propositio falsa est, temeraria & scandalosa, erronea, verbo Dei contraria.

XV. Illud sapientis effatum Ecclesiastici 5. *non tardes converti ad Dominum, nec differas de die in diem*, secundum Interpretes consilium est, non præceptum, præterea etsi præceptum esset, censetur ille differre conversionem suam, qui statis temporibus non convertitur. Statuta illa tempora sunt, necessitatis casus, mortis periculum, confessio peccatorum faciendæ, & is casus est annua confessio ab Ecclesia præcepta, item cum urget lex recipiendi aliquod sacramentum vivorum

rum & quoties munus incumbit saltem **Sæc. XVIII,**
 ex officio aliquod sacramentum admi- **A. C. 1716.**
 nistrandi.

Censura. Hæc Propositio quoad primam partem, qua absolute enuntiatur effectum Ecclesiastici consilium esse non præceptum, falsa est, temeraria, scandalosa, piarum aurium offensiva, erronea, scripturæ sensum depravat, & impœnitentiæ finalis periculum inducit. Quo ad secundam partem, quæ præceptum conversionis coarctat ad mortis periculum, ad annuam confessionem, & alios paucos casus, ibi designatos, itidem falsa est, temeraria, scandalosa, & perniciosam salutis negligentiam inducens.

XVI. Nec ullis in casibus (disciplinam dandæ abolitionis ante satisfactionem) mutare cuius licet, nisi pœnitens consentiret.

Censura. Hæc Propositio falsa est, scandalosa, peccatorum emendationi noxia Ecclesiæ praxi & potestati clavium adversa.

XVII. Testimonium Joannis i. Epist. cap. 3. qui non diligit, manet in morte, de charitate fraterna formali & explicita non agit, vult solum excludi odium proximi.

Censura. Hæc Propositio est falsa, scandalosa, pernicioza, scripturæ sensum depravat, & præcepto dilectionis proximi contraria est.

Sæc. XVIII. „Cæterum non intendit S. Facultas
 A. C. 1716. probare alias Propositiones, quæ ex-
 tant in codocibus sibi exhibitis a Ma-
 gistro Le Roux, quarum aliquas tum
 deputati tum alii Magistri observave-
 runt Censura dignas.,

§. LXV.

*Venetorum victoria de Turcis re-
portata.*

*Contingentiæ
 Caroli VI.
 Hist. du
 Princ. Eug.
 l. 13. p. 17.*

Interea, dum fortuna secundiore Tur-
 cis, quam Venetis pugnatur apud
 Peloponensum, non minore animorum
 ac Partium contentione summus Pon-
 tificex, Cæsar, alique Principes Ca-
 tholici non modo ad reprimendam
 sed inferendam quoque barbaris vim
 pecuniarum, militum, armorumque
 apparatus undique contrahere adhe-
 borabant: Præprimis igitur Clemens
 Papa sui muneris esse duxit, ad Phi-
 lippum V. & Elisabetham Hispaniæ Re-
 ginam, eorumque Confessarium P. Gu-
 lielmum Daubanton Jesuitam, Lud-
 vicum XV. Franciæ Regem, Philippum
 Aurelianensem Regni Rectorem, Jo-
 nem Regem & Marianam Reginam, nec
 non Franciscum Lusitanæ Infantem
 atque ad Cardinalem de Cunhe, Bra-
 charensem Archiepiscopum, & Comi-
 tem de Daun Neapolis Proregem hoc